

123. *Peltaria alliacea*.  
 188. *Lycopsis pulla*.  
 192. *Draba aizoides*.  
 257. *Sium Falcaria*.  
 207. *Heliotropium europaeum*.  
 210. *Rhus Cotinus*. quot semina in Bacca naturali?  
 250. *Lactuca saligna*.  
 220. *Potentilla caulescens*, si receptacula albo hirsuta.  
 Semina erant acceptissima, pro his grates ago devotissimas.

Viciam militarem non rite dignosco. Gerardi floram habeo in urbe, nec possum de hac pronuntiare antequam in urbem pervenero. An vidisti *Viciae cassubicae* semina? ego ea non vidi.

Müller hafniensis in proximas ferias paschales edat fasciculum XI Florae Danicae.

Ad assignationem Tuam pecunias a Bibliothecario nostro, pecunias esse numeratas, ante mensem apud eum vidi.

Vive diu felix. Hammarby 1775, d. 10. Januarii.

Accepi ante 14 dies aliquot centurias plantarum cum flore et fructu in spiritu vini conservatas, adeo vivas ac si recenter essent lectae, e. gr. *Annonae*, *Plumieriae*, *Allamanda*, *Achras*, *Epidendra*, *Cerbera*, *Crescentia*, *Evonymus margaritifera*, *Rhizophora*, *Cecropia*, *Pterocarpi* species, *Mammea*, *Marcgravia*, *Passiflorae*, *Echites*, *Hypericum tuum*, *Heliconia*, *Avicennia*, fab. *Ignatii*, *Paullinia*, *Bixa*, *Urena*, *Chiococca*, *Hippomane tricocca*, *Pontederia*, *Jussiaea*, *Theobroma*, *Plukenctia*, *Securidaca*, *Lecythis*, *Mussaenda tua*, *Tillandsia*, *Avicennia* etc, omnes ex Surinamo.

*Lecythis* maxime mirabilis videbatur flos.

*Bessleriae cristata* simillima, ut jurassem eandem, nec alia opus est figura, sed praeter valvulas cristatas, nullum